uersa terra. Non fenerauī. nec fe
nerauit mibi quisq. Oēs maledi
cūt mibi dic dñs. Si nō reliquie
tue in bonū. si non occurrerit tibi
in tēpe afflictōis et in tpe tribula
cōis adūsuz inimicū. Nunquid fe
derabit ferz ferro ab aquilōe et
es. Diuitias tuas et thesauros tu
os in direptionē dabo gtis in om
nib9 pdis tuis et in oibz termis
tuis. Et adducā inimicos tuos de
terra quaz nescis. qz ignis succen
sus est in furore meo et sup vos ar
debit. Tu scis dñe. reco dare mei
et visita me et tuere me ab hñs q
psequūtur me. Poli in patientia
tua suscipe me. Scito qm sustinui
ppter te obprobriū. Inuēti sūt ser
mones tui et comedi eos. Et factū ē
mibi verbū tuū in gaudiū et in le
ticiā cordis mei. qm inuocatū est
nomē tuū sup me. dñs de9 exerci
tū. Nō sedi in cōsilio tudentiū et
gloriat9 sū a facie man9 tue. Sol9
sedebā. qm cōminacōe replesti me.
Quare factus ē dolor me9 ppetu9.
et plaga mea despabilis. Renuit
curari. Facta est mibi qsi menda
tiū aqz infidelīū. Propt hoc hec
dicit dñs. Si ouerteris ouertā te
et ante faciez meā stabis et si sepa
ueris ptiōfū a vili qī os meū eris.
Cōuertētur ipi ad te et tu non cō
uerteris ad eos. Et dabo te popu
lo huic in muzz ereū fortē et tella
būt aduersū te et non pualebūt
qz ego tecū sum ut saluē te et eruā
te dic dñs. Et liberabo te de manu

peccatorum et redimam te de manu
fortium. **Ca. xvi.**

Et factum est verbum domini ad me
dicens. Non accipies uxorem et
non erunt tibi filii et filie in loco isto
Quia hec dicit dominus super filios et fili
as que generantur in loco isto et super
matres eorum que genuerunt eos et su
per patres eorum de quorum stirpe sunt
nati in terra hac. Mortibus egrota
tionum morientur. Non plangent et non
sepelient in sterquilinum. super fatiem
terre erunt. Et gladio et fame consu
mentur et erit cadaver eorum in escam
volatilibus celi et bestiis terre. Hec
enim dicit dominus. Ne ingrediaris domum
convivii neque vadās ad plangendum
neque soleis eos. quia abstuli pacem
meam a populo isto dicit dominus mise
ricordiam et misericordes. Et morien
tur grandes et parvi in terra ista non
sepelient neque plangent et non se in
cidet neque calvitium fiet pro eis. Et non
frangent inter eos lugent panem ad
consolandum super mortuo et non da
bunt eis potum calicis ad consolandum
super prope suo et matre. Et domum convivii
non ingrediaris ut sedas cum eis et
comedas et bibas. quia hec dicit do
minus exercituum deus israel. Ecce ego
auferam de loco isto in oculis vestris
et in diebus vestris. vocem gaudii et vo
cem leticie et vocem sponsi et vocem sponse
Et cum annuntiaveris populo huic om
nia verba hec et dixerint tibi. que lo
cutus est dominus super nos omne malum
grate istud: que nostra iniquitas et
quod peccatum nostrum quod peccavimus
domino deo nostro dices ad eos. Quia de
reliquerunt me patres vestri ait dominus et
abierunt post deos alienos: et fuie
runt eis et adoraverunt eos et me de

reliquerunt et legem meam non custodi
erunt. Sed et vos prius operati estis
quia patres vestri. Ecce enim ambulat
unus quisque post pravitatem cordis
sui mali ut me non audiat. Et etiam
vos de terra hac in terram quam igno
ratis vos et patres vestri et fuistis ibi
dominus alienis die ac nocte qui non
dabunt vobis requiem. Propterea ecce
dies veniet dicit dominus et non dicet
ultre vivit dominus qui eduxit filios israel
de terra egypti. sed vivit dominus qui edu
xit filios israel de terra aegypti et de uni
versis terris ad quas eieci illos et redu
cam eos in terram suam quam dedi patri
bus eorum. Ecce ego mittam piscato
res multos dicit dominus et piscabunt
eos. Et post hec mittam eis multos
venatores et venabunt eos de omni
monte et de omni colle et de caunibus
petrarum. quia oculi mei super omnes vi
as eorum. Non sunt abscondite a facie
mea et non fuit occultata iniquitas
eorum ab oculis meis. Et reddam pro
multiplices iniquitates et peccata eorum. quia
contaminaverunt terram meam in mor
ticinis propter dolorem suorum et abominabi
bus suis impleverunt hereditatem
meam. Domine fortitudo mea et robur
meum et refugium meum in die tribula
tionis. Ad te gressus veniet ab ex
tremis terre et dicet. Vere meda
tium possederunt patres nostri: vanitatem
que eis non profuit. Numquid faciet
sibi homo deos. Et ipsi non sunt domini
Idcirco ecce ego ostendam eis pro vi
ce hac: ostendam eis manum meam et
virtutem meam et sciēt quod nomen in domino.

Peccatum iuda scri. **Ca. xvii.**
ptum est stilo ferreo in ungue
adamatio exaratum super latitudinem
corporis eorum et in cordibus aratum eorum.

Cū recordati fuerint filij eorū ara-
rū suarū et lucorū suorū lignorūq;
frondētiū in montibz excellis sacri-
ficātes in agro. fortitudinē tuā et
oēs thesauros tuos in direpōez
dabo. excelsa tua ppter pccā i vni-
uersis finibz tuis. Et relinqris so-
la ab hereditate tua quā dedit tibi
et seruire te fatiāz inimicis tuis in
terra quā ignoras. qm̄ ignez suc-
cedisti in furore meo vsq; in eter-
nū ardebit. **Hec** dicit dñs. **Maledi-**
ctus hō qui confidit in hoīe et ponit
carnez brachiū suū et a dño rece-
dit cor eius. **Erit** em̄ q̄si mirice i de-
serto et nō videbit cū venerit bonū
s; habitabit in siccitate in deserto in
terra saluginis et inhabitabili.
Būdidiū vir q̄ confidit in dño et
erit dñs fiducia ei⁹. **Et** erit q̄si lig-
nū qd̄ trāsplātat sup aq̄s. qd̄ ad
humorē mittit radices suas et nō
timebit cū venerit estus. **Et** erit fo-
liū eius viride et in tēpe siccitatis
nō erit sollicitū. nec aliqui definet
facē fructū. **Pravū** est cor hoīs et
inscrutabile. **Quis** cōgscet illud.
Ego dñs scrutās cor et pbans re-
nes q̄ do vnicuiq; iuxta viā suā et
iuxta fructū adinuētiōnū suarū.
Perdix fouit q̄ nō p̄pit. **Fecit** di-
uicias et nō i iudicō. **In** dimidio
diez suorū derelinq̄t eas et in no-
uissimo suo erit insipiens. **Solū**
glorie altitudis a p̄ncipio. locus
sāctificatiōis nr̄e expectatio isrl̄.
Dñe om̄s q̄ te derelinquūt cōfūdē-
tur. recēdēs a te in terra scribentē
qm̄ dereliquerūt venā aq̄z viuen-
tiū dñm. **Sana** me dñe et sanabor
saluū me fac et salu⁹ ero. qm̄ laus
mea tu es. **Eccē** ip̄i dicunt ad me.

Vbi est v̄bū dñi. **Vēiat.** Et ego
nō sū turbat⁹ te pastore seq̄tis et
diē hoīs nō desideāui. **Tu** scis qd̄
egressus est de labijs meis rectū i
cōspectu tuo fuit. **Non** sis m̄hi tu
formidini. spes mea tu in die affli-
ctōis. **Confūdant** qui me perse-
quūtur et nō cōfūdāt ego. paueāt
illi et nō paueam ego. **Induc** sup
eos diē afflictōis et duplici cōtriciō-
ne cōtere eos. **Hec** dicit dñs ad me
Vade et sta in porta filiorū populi
tui p quā ingrediunt reges iuda
et egrediūtur in cūdis portis ihe-
rusalez et dices ad eos. **Audite** v̄-
bū dñi reges iuda et oīs iudea cū
cūq; habitatores iherl̄m q̄ ingre-
dimini p portas istas. **Hec** dicit do-
min⁹. **Custodite** aīas vr̄as et no-
lite portare pondera in die sabbā-
ti. nec inferatis p portas iherl̄m et
nolite eicē onera de domibz vr̄is i
die sabbati et om̄e opus nō fatie-
tis. **Sāctificate** diēz sabbati sicut
p̄cepī p̄ribus vr̄is. **Et** non audie-
rūt nec inclinauerūt aurē suā. s; in-
durauerūt ceruicē suā ne audirēt
me et ne acciperent disciplinam. **Et**
erit si audieritis me dicit dñs. ut
nō inferatis onera p portas ciui-
tatis hui⁹ in die sabbati et si sācti-
ficaueritis diē sabbati ne fatiatis
in ea om̄e op⁹ ingrediētur p por-
tas ciuitatis hui⁹ reges et p̄ncipes
sedētes sup solū dauid et ascēden-
tes in curribz et eq̄s ip̄i et p̄ncipes
eorū viri iuda et habitatores ihe-
rusalez et habitabūt ciuitas hec in se-
p̄itū. **Et** veniēt de citatibz iuda i
circuitu iherl̄m et de fra beniamin
et de cāpestris et de montuosis et
ab austro portantes holocaustū

et uictoria; et sacrificium et thus et in
ferret oblationes in domum domini. Si autem
non audieritis me ut sanctificetis dies
sabbati et ne portetis onus et ne
inferatis per portas iherusalem in die sab
bati: succedam ignem in portis eius et
devorabit dominus iherusalem et non
extinguet. **Ca. xviii.**

Uerbum quod factum est ad ihere
miam a domino dicens Surge et de
scende in domum figuli et ibi audies ver
ba mea. Et descende in domum figuli
et ecce ipse faciebat opus super rotam
et dissipatum est vas quod ipse facie
bat e luto manibus suis. Conuersusque
fecit illud vas alterum sicut placue
rat in oculis eius ut faceret. Et factum
est verbum domini ad me dicens Nunquid
sic figulus iste non potero vobis face
re domus israel ait dominus. Ecce sicut lu
tum in manibus figuli. sic vos domus is
rahel in manu mea. Repete loquor ad
uersum gentem et aduersus regnum ut era
dice et destruas et dissipabis illud. Si
penitentiam egerit gens illa a malo
suo quod locutus sum aduersus eam. Agam
et ego penitentiam super malo quod cogi
taui ut facere ei et subito loquor de gen
te et regno ut edifice et plantem illud.
Si fecerit malum in oculis meis ut
non audiat vocem meam: penitentiam agam
super bono quod locutus sum ut facere ei.
Nunc ergo dic viro iuda et hitatori
iherusalem dicens. Hec dicit dominus. Ecce
ego fingo contra vos malum et cogi
to contra vos cogitationes. Restatur
vnusquisque a via sua mala et diri
gite vias vestras et studia vestra. Qui
dixerunt. Desperauimus. Post cogi
tationes enim nostras ibimus et vnusquis
que prauitate cordis sui mali facie
mus. Ideo hec dicit dominus Interrogate

gentes. Quis audiuit talia horri
bilia quod fecit minimis ergo israel. Nun
quid deficiet de petra agri mix libani
aut euelli possunt aque erupentes
frigide et defluentes. Quia oblitus
est mei populus meus. Frustra liban
tes et impigres in viis suis et in se
mitis seculi ut ambularer per eas
in itinere non trito ut fieret tra ea
rum in desolatione et in subulum sepis
num. Omnis qui preterierit per eam obstu
pescet et mouebit caput suum. Sicut
vetus vires dissipat eos coram inimi
cis: dorsum et non faciem ostendam eis in
die perditionis eorum. Et dixerunt. Veni
te et cogitemus contra iheremiam cog
itationes. Non enim pibit lex a sacer
dote: neque consilium a sapiente: nec sermo
a propheta. Venite et percutiamus eum
lingua et non attendamus ad verbum
sermonis eius. Attende domine ad
me et audi vocem aduersariorum me
orum. Nunquid reddidit per bonum malum.
quod fecerunt foueam aie mee. Recor
dare quod steterim in conspectu tuo ut
loquerer per eis bonum et auerterem in
dignationem tuam ab eis. Propterea
da filios eorum in famem et deduc eos
in manum gladii. Fiant uxores eo
rum absque literis et vidue et viri ea
rum interficiantur morte. Iuvenes eorum
confodiantur gladio in prelio: audiant
clamor de domibus eorum. Adduces
enim super eos latronem repente: quod fo
derunt foueam ut caperent me et laqueos
absconderunt pedibus meis. Tu autem
domine scis omne consilium eorum aduersum
me in morte. Ne propitius iniquita
ti eorum et peccatum eorum a facie tua
non deleatur. Fiant conuementes in
conspectu tuo in tempore furoris tui abu
tere eis. **Ca. xix.**

Hec dicit dñs. Vade et accipe
lagūculā figuli testē a seni
orib⁹ ppli et a seniorib⁹ sacerdotū
et egredē ad valles filiorū ennon
que ē int⁹ introitū porte fidil et p
bicabis ibi vba q̄ ego loquor ad
te et dices. Audite vbu dñi reges
iuda et hitatores iherlm. Hec dic
dñs exercitū deus isrl. Ecce ego
inducā afflictōnez sup locū istū.
ita ut ois q̄ audierit illaz timniet
aures eius eo q̄ dereliquerit me et
alienū fecerint locū istū et libave
rūt in eo dñs aliis q̄s nescierūt
ip̄i et p̄res eorū et reges iuda et re
pleuerūt locū istū sanguie inno
cēti et edificauerūt excelsa baalim
ad cōburēdos filios suos igni in
holocaustū que non p̄cepi nec lo
cut⁹ sū nec ascēderūt in cor meū.
Propt̄ea ecce dies veniet dic dñs
et nō vocabit amplius locus iste
thophet et vall filij enno. s̄ val
lis occisionis. Et dissipabo cōsiliū
iuda et iherlm in loco isto et subū
tā eos gladio in cōspēdu inimico
rū suorū et in manu querētū aīas
eorū et dabo cadauera eorū escas
volatilib⁹ celi testib⁹ terre et ponā
ciuitatē hanc in stuporē et in sibilū.
Ois qui p̄terierit p̄ eā obstupescet
et sibilabit sup vniūsa plaga ei⁹
Et cibabo eos carnib⁹ filiorū suorū
et carnib⁹ filiarū suarū et vnusquis
q̄ carnē amici sui comedet in ob
dione et in angustia in q̄ cōdudēt
eos inimici eorū et qui q̄rūt aīas
eorū et cōterēs lagūculaz in ocul
viroz q̄ ibūt tēal et dices ad eos
Hec dñs exercitū. Sic cōterā
populū istū et ciuitatem istā sicut
cōterit vas figuli qd nō pōt vltra

instaurari Et in thophet sepelient
eoq̄ nō sit alius loc⁹ ad sepelien
dū. Sic faciā loco huic ait dñs et
hitatorib⁹ eius ut ponā ciuitatez
istā sicut thophet. Et erūt domus
iherlm et dom⁹ regū iuda sicut lo
cus thophet immūde. oēs domus
in q̄z domatib⁹ sacrificauerūt oī
milicie celi et libauerūt libamina
dñs alienis. Venit aut ieremias
de thophet q̄ miserat eū dñs ad
p̄bandū et stetit in atrio domus
dñi et dixit ad oēm populū. Hec
dic dñs exercitū de⁹ isrl. Ecce ego
inducā super ciuitatē hanc et sup
om̄s vrtes ei⁹ vniūsa mala q̄ lo
cut⁹ sū adūsū eā. qm̄ indurauerūt
cervicē suā ut non audirent s̄mo
nes meos. *Capitulu. xx.*

Et audinit phassur filius
emmer sacerdos q̄ cōstitut⁹
erat p̄nceps in domo dñi ieremiā
p̄bandē sermōes istos et paussit
phassur ieremiā p̄bā et misit eū
in netuū qd eāt i porta beniamin
supiori i domo dñi. Cūq̄ illuxisset
in crastinu⁹ eduxit phassur iere
miaz de netuo et dixit ad eū iēmi
as. Nō phassur vocauit dñs no
mē tuū sed pauorē vndiq̄. q̄ hec
dicit dñs. Ecce ego dabo te in pa
uorē et om̄s aīos tuos et corruēt
gladio inimicorū suorū et oculi tui
videbūt. Et oēm iudaz dabo i ma
nu regis babilonis et traducet
eos in babilonem et pauciet eos
gladio. Et dabo vniūsa; s̄bāz ciui
tatis hui⁹ et oēs labore ei⁹ om̄eq̄
p̄tū et aīdos thesauros regū iu
da dabo in manu inimicorū eorū et
diripiēt eos et tollēt et ducēt i ba
bilonē. Tu aut phassur et om̄es

habitatores domus tue ibitis in
captiuitate et in babilonē venies
et ibi morieris: ibique sepelietis tu et
oēs amici tui quibus prophetasti me
datum. Seduxisti me dñe et sedu
ctus sū: fortior me fuisti et inualui
sti. Factus sū in derisum tota die.
Oēs subsānabāt me quia iam olim
loquor vociferās: iniquitate et vasti
tate damno. Et factus ē mihi ser
mo dñi in opprobriū et in derisū to
ta die. Et dixi. Nō recordabor eius
neque loquar ultra in noīe illi. Et
factus ē in corde meo quasi ignis
exstans: claususque in ossibus me
is et defeci ferre nō sustinēs. Audi
ui enim cōtumelias multas et terro
res in circuitu persequimini et persequimur
eū ab oībus viris qui erāt pacifici
mei et custodientes latus meū. Si
quo modo decipiat et perualeamus
aduersus eū et persequamur ultio
nē ex eo. Dñs autem meū est quasi bel
lator fortis idcirco qui persequūt me
cadēt et infirmi erūt et confūdēt vehe
mēter: quia nō intellexerūt opprobriū
sempiternū quod nūquā delebit. Et tu
dñe exercitiū pbator iusti qui vi
des renes et cor: videā queso ultio
nē tuā ex eis. Tibi enim reuelauī
causā meā. Cantate dño laudate
dñm: quia liberauit aīam paupis de
manu malorū. Maledicta dies in
qua nat⁹ sū: dies in qua pepit me mē
mea nō sit bñdicta. Maledict⁹ vir
qui annūtiāuit pñi meo dicens na
tus est tibi puer masculus et quasi
gaudio letificauit eū. Sit homo il
le ut sūt citates quas sūbit dñs
et nō penituit eū. Audiat clamorē
mane et ululātū in tpe meridiano
quia nō me infecit a vulua ut fieret

mihi mater mea sepulchrum et vul
ua eius conceptus etern⁹. Quare de
vulua egressus sū ut viderē labo
rē et dolorē et consumerētur in confu
sione dies mei. **¶ Cap. xxi.**

Aerbū quod factum est ad iherē
mīā a dño quā misit ad eum
rex sedechias phassur filium bel
chie et sophonias filiū maasie sa
cerdotē dicens. Interroga pro nobis
dñm: quia nabuchodonosor rex ba
bilonis pñiat aduersū nos: si for
te fatiat dñs nobiscū scdm omnia
mirabilia sua et recedat a nobis.
Et dixit iheremias ad eos. Sic di
cetis sedechie. Hec dicit dñs deus
isrl. Ecce ego conuertā vasa belli quā
in manibus vris sūt et quibus vos
pugnatis aduersū regē babilōis
et caldeos qui obsidēt vos in circuitu
mūro et congregabo ea in medio
ciuitatis hui⁹ et debellabo ego vos
in manu exercitū et in brachio forti
et in furore et in indignatione et in
ira gradī et percutiā habitatores ci
uitatis hui⁹. Boīes et bestie pesti
lencia magna moriētur. Et post hec
ait dñs. Dabo sedechiā regē iuda
et seruos ei⁹ et populū ei⁹ et qui dere
lictū sūt in hac citate a peste et gla
dio et fame in manu nabuchodo
nosor regis babilōis et in manu mi
micoy eoy et in manu quentū aīaz
eoy et percutiet eos in ore gladii et
nō mouebit neque pariet nec misere
bit. Et ad pplm hūc dices. Hec di
xit dñs. Ecce ego do corā vob⁹ viā
vite et viā mortis. Qui hitauerit in
vite hac morietur gladio et fame et
peste: qui autem egressus fuerit et trā
fugerit ad caldeos qui obsidēt vos
vinet et erit ei aīa sua quasi spoliū.

Posui enim faciē meā sup ciuitatez
hāc in malū nō in bonū ait dñs
In manu regis babilonis dabit
et exuret eaz igni et domū regis iu
da. Audite v̄bū dñi dom⁹ dauid
Hec dicit dñs. Iudicate mane in
ditū et eruite vi oppressuz de ma
nu calūmiantis. ne forte egrediat
ut ignis indignatio mea et succē
dat et nō sit q̄ extinguat ppter ma
litiā studioz v̄ioz. Ecce ego ad
te hītriciē vallis solide atq̄ cāpe
stris ait dñs. q̄ dicitis q̄s pūiet
nos et q̄s ingrediet dom⁹ nrās et
visitabo sup vos iuxta fructū stu
dioz v̄ioz dicit dñs et succēdam
ignē in saltu ei⁹ et deuorabit oīa
in circuitu eius. *Ca. xxi.*

Hec dicit dñs Descende in do
mū regis iuda et loq̄ris ibi
verbū hoc et dices. Audi v̄bū dñi
rex iuda q̄ sedes sup solū dauid
tu et serui tui et p̄lus tu⁹ qui īgre
dimini p portas istas. Hec dicit do
m⁹. Facite iudiciū et iustitiā et li
berate vi oppressuz de manu calū
mantis et aduenā et pupillū et vi
duā nolite trīstare neq̄ oppma
tis inq̄ et sanguinē innocētez ne
effundatis in loco isto Si em̄ faci
entes feceritis v̄bū istud. ingredi
ent p portas dom⁹ hui⁹ reges se
dentes de gñe dauid sup thronū
eius et ascēdentes curr⁹ et equos.
ip̄i et serui et p̄lus eoz **Q**d si non
audieritis v̄bū hoc in memetip̄o
inraui dicit dñs. q̄ in solitudine
erit dom⁹ hec. Quia hec dicit dñs
sup domū regis iuda. Galaad tu
mibi caput libani. Si nō posuero
te solitudinez: v̄tes inhabitabi
les. Et sacrificabo sup te interficiē

tē v̄iz et arma eius et succidēt ele
ctas cedros tuas et p̄cipitabūt in
ignē et p̄trāfibūt gētes multe per
ciuitatē hanc et dicet vnusquisq̄
primo suo Quare sic fecit dñs ci
uitati huic grādī. Et rēdebūt. Eo
q̄ reliq̄runt pactū dñi dei sui et ad
rauerunt deos alienos et seruerit
ill. Nolite flere mortuū. neq̄ luge
atis sup eū fletu Plangite eū qui
egrediet. q̄ nō reuertet vltra. nec
videbit terrā natitatis sue. Quia
hec dicit dñs ad sellū filiū iosie re
gē iuda qui reguit p iosia patre
suo q̄ egressus ē de loco isto. Non
reuertet huc ampli⁹ s̄ in loco ad
quē trāstuli eū ibi moriet et terrā
istā nō videbit ampli⁹. Ve q̄ edi
ficat domū suā in iustitiā et cena
cula sua nō in iudicio. Amicū suū
oppmet frustra et mercedē nō red
det ei. Qui dicit edificabo mibi do
mū latā et cenacula spatiofa. qui
aperit sibi fenestras et facit laq̄a
ria cedrina. p̄ngitq̄ sinopide Nū
quid regib⁹. qm̄ cōfers te cedro.
P̄ tuus nūquid nō comedit et bi
bit et fecit iudiciū et iustitiā. tunc
cū bñ erat ei. Iudicauit eaz pau
pis et egem in bonū suū. Nūq̄d nō
ideo q̄ cōguit me dicit dñs. Tui
vero oculi et cor ad auaritiā et ad
sanguinē innocentē fundebū et ad
calūniā et ad cursū mali operis.
Proptēa hec dicit dñs ad ioakim
filiū iosie regē iuda. Nō plangēt
eū ve frater et ve soror. nō crepa
būt ei ve dñe et ve iudice. Sepul
tura asini sepeliet. putrefact⁹ et p
iect⁹ ē p portas iherlm. Ascēde liba
nū et dama et in basan da vocem
tuā et dama ad transeūtes. quia

otitū fūt oēs amatores tui. **L**ocu-
 tus sū ad te in abūdātia tua dixi
 sti non audīā. **H**ec est via tua ab
 adolescētia tua. qz non audisti vo-
 cē meā. **O**ēs pastores tuos pascet
 vētus et amatores tui in captiuita-
 tē ibūt. **E**t tūc cōfideis et erubescēs
 ab oī malitia tua q̄ sedes in liba-
 no et edificas in cedris. **Q**uō cō-
 genuisti cū veissent tibi dolores q̄
 dolores pturiētis. **V**iuo ego diē
 dñs qz si fuit iechonias fili⁹ ioa-
 kim regis iuda anulus in manu
 dextera mea: inde euellaz eū. **E**t da-
 to te in manu querētū aīaz tuā et
 in manu quoz tu formidas fatiē
 et in manu nabuchodonosor regis
 babilonis et in manus caldeorū.
Et mittā te et matrē tuā q̄ genuit
 te in frā alienā in q̄ nati nō estis
 ibiqz moriemī. **E**t in terrā ad quā
 ipsi leuāt aīam suā ut reuertēt il-
 luc nō reuertēt. **N**unq̄d vas fictile
 atqz otitū vir iste iechonias. **Q**uā-
 dā vas absqz oī voluptate. **Q**ua-
 re abiecti sūt ipsi et semē eius et p-
 iecti i frā quā ignorauerūt. **T**er-
 ra terra terra. audi s̄monē dñi.
Hec dicit dñs Scribe virū istū ste-
 rilē: virū qui i dieb⁹ suis nō p̄spe-
 rabit. **N**ec enī erit de semine eius
 vir q̄ sedeat sup solū dauid et po-
 testatem habet vltra in iuda.
Et pastorib⁹ q̄ **C**a. xxiij.
 dispdūt et dilacerant gregē
 pascue mee dicit dñs. **I**deo hec di-
 cit dñs deus isrl ad pastores qui
 pascūt pplm meū. **V**os disp̄sistis
 gregē meū et eiecistis eos et nō vi-
 sitastis eos. **E**cce ego visitabo sup
 vos maliciā studioꝝ v̄ioꝝ ait do-
 minus. **E**t ego cōgregabo reliq̄as

gregis mei de oib⁹ fr̄is ad q̄s eie-
 cero eos illuc et cūctā eos ad tura-
 sua et crescēt et multiplicabūt et
 suscitabo sup eos pastores et pas-
 cēt eos. **N**on formidabūt vltra et
 nō pauebūt et nullus quereēt ex
 numero diē dñs. **E**cce dies veniūt
 diē dñs et suscitabo dauid germē
 iustū et regnabit rex et sapiēs erit
 et faciet iuditiū et iustitiā in terra.
In dieb⁹ illis saluabit iuda et is-
 rahel habitabit cōfideēt. **E**t hoc ē no-
 mē qd vocabūt eū: dñs iustus nū.
Propter hoc ecce dies veniūt diē
 dñs et nō dicēt vltra viuit dñs q̄
 eduxit filios isrl de fra egipti. **S**z
 viuit dñs q̄ eduxit et adduxit se-
 men dom⁹ isrl de terra aquilōis
 et de cūctis terris ad q̄s eiecēram
 eos illuc et habitabūt i terra sua.
Ad p̄phas **C**ōtritū est cor meū in
 medio mei: cōtremuerūt oīa ossa
 mea. **F**adus sū q̄si vir ebrius et
 quasi homo madidus a vīno a
 fatie dñi et a fatie verborū s̄ctoꝝ
 eius. qz adulterijs repleta ē terra
 qz a fatie maledictōis luxit terra:
 arefacta sūt arua deserti. **F**adus
 est cursus eoz mal⁹ et fortitudo
 eoz dissipata. **P**ropheta nāqz et s̄c-
 dos pollutū sūt et i domo mea inue-
 ni malū eoz ait dñs. **I**dcirco via
 eoz ē t quasi lubricū in tenebris
 impellētur enī et corruēt in ea. **A**ffe-
 rā enī sup eos mala annū visita-
 tionis eoz ait dñs. **E**t in p̄phetis
 samarie vidi fatuitatez et p̄pheta
 bāt i baal et decipiebāt pplm me-
 um isrl. **E**t i p̄phetis iherl̄m vidi fili-
 tudinē adulterantiū et iter mēda-
 cī et cōfortauerūt man⁹ pessimorū
 ut nō cūctē vn⁹ q̄sqz a malitia sua

Facti sunt mihi omnes ut Sodoma et
hitatores eius quasi Gomorra. Prop-
terea hec dicit dominus exercituum ad p-
phetas. Ecce ego cibabo eos abstin-
thio et potabo eos felle. **A**pphatis ei
ihel in egressa est pollutio super omnem
terram. **H**ec dicit dominus exercituum. No-
lite audire verba prophetarum qui prophetant
vobis et decipiunt vos. Visione cor-
dis sui loquuntur non de ore domini. Di-
cunt hiis qui blasphemant me locutus
est dominus. Pax erit vobis et omni qui am-
bulat in pravitate cordis sui dixe-
runt. Non veniet super vos malum. Quis
enim affuit in consilio domini et vidit et
audivit sermonem eius. Quis confide-
ravit verbum illius et audivit. Ecce tur-
bo domum indignationis egredietur et
tempestas erumpens super caput impi-
orum veniet. Non reuertetur furor domini
usque dum faciat et usque dum compleat
cogitationem cordis sui. In novissi-
mis diebus intelligetis consilium eius.
Non mittebam prophetas et ipsi curre-
bant. Non loquebar ad eos et ipsi prophete-
tabant. Si stetissent in consilio meo
et nota fecissent verba mea popu-
lo meo. auertisset utique eos a via
sua mala et cogitationibus suis pesti-
mis. Putastis deus e vicino ego sum
dicit dominus et non deus de longe. Si oc-
cultabitis virum in absconditis et ego
non video eum dicit dominus. Numquid
non celum et terram ego implebo ait do-
minus. Audiui qui dixerunt prophete-
tates in nomine meo meditationum atque di-
centes. Somnauimus somnauimus. Usque
quod istud est in corde prophetarum vaticina-
tium meditationum et prophetarum seductio-
nes cordis sui. Qui volunt facere ut
obliuiscatur populus meus nomen meum
propter somnia eorum que narrat unus

quisque ad primum suum sicut obliu-
ti sunt patres eorum nomen meum propter baal.
Propheta qui habet somnium narret
somnia et qui habet sermonem meum lo-
quetur sermonem meum vere. Quid pa-
leis ad triticum dicit dominus. Numquid non
verba mea sunt quasi ignis ait dominus et
quasi malleus conterens petram. Prop-
terea ecce ego ad prophetas ait dominus qui
furantur verba mea unusquisque a proprio
suo. Ecce ego ad prophetas ait dominus.
qui assument linguas suas et aiunt
dicit dominus. Ecce ego ad prophetas so-
mniantes meditationum dicit dominus. qui narra-
uerunt ea et seduxerunt populum meum
in meditatione sua et in miraculis suis
cum ego non misissem eos nec mandas-
sem eis. qui nihil profuerit populo huic
dicit dominus. Si igitur interrogauerit te
propheta iste vel propheta aut sacerdos
dicens. quid est dominus dicit dominus ad eos.
Vt quid vobis dominus. Propterea quippe
vos dicit dominus et propheta et sacerdos
et populus qui dicit dominus. visitabo
super vixit illi et super domum eius. **H**ec
dicetis unusquisque ad primum et
ad fratrem suum. Quid respondit dominus. Et
quid locutus est dominus. Et dominus vult
tra non memorabitur. quia dominus est unus
cuiusque sermo suus. Et peruertistis ver-
ba dei vivetis domini exercituum dei nostri.
Hec dices ad prophetas. Quid respondit
tibi dominus et quid locutus est dominus. Si autem
dominus dixit. propter hoc hec di-
xit dominus. Quia dixistis sermonem istum
dominus et misimus ad vos dicens. noli-
te dicere dominus. propterea ecce ego tol-
lam vos portas et derelinquam vos et
ciuitatem quam dedi vobis et patribus vestris
a facie mea et dabo vos in obpro-
brium sempiternum et in ignominiam eter-
nam que nunquam oblivione delebitur.

O Stēdit mibi dō **¶ Ca. xliij.**
min⁹ a ecce duo calathi ple
ni ficis positi añ tēplū dñi: post q̃
tūstulit nabuchodonosor rex ba
bilonis israhēl filiu iōakim re
gē iuda a pñcipes eius a fabē a
indusorez de iherusalē a adduxit
eos in babilonē. Calathus vn⁹
ficus bonas habebat mimis ut so
lent ficis esse primi t̃p̃is. Et cala
thus vnus fic⁹ habebat malas
mimis q̃ comedi nō poterant eo q̃
essent male. Et dixit dñs ad me.
Quid tu vides iheremia. Et dixi.
Ficus bonas: bonas valde Et ma
las: malas valde que comedi nō
possunt eo q̃ sint male. Et factum
est vbum dñi ad me dicens. Hec
dicit dñs deus isrl. Sicut fic⁹ hec
bone: sic agnosca trāsmigracōez
iuda quā emisi de loco isto in ter
rā caldeoz in bonū et ponam ocu
los meos sup eos ad placandū
Et reducā eos in frā hanc a edifi
cabo eos a nō destruā a plantabo
eos a nō euellā a dabo eis cor ut
sciāt me q̃ ego sū dñs. Et erūt mi
hi in pplm a ego ero eis in deū. q̃
reuerterē ad me in toto corde suo.
Et sicut ficus pessime q̃ comedi nō
possunt eo q̃ sint male: hec dicē do
minus sic dabo sedechiā regem iu
da a pñcipes eius a reliquos de
iherusalē q̃ remāserūt in vrbē hac
a qui habitant in terra egipti. Et
dabo eos in vexacōez afflictōez q̃
oib⁹ regnis t̃re i opprobriū a i pa
tolā a i pūbiū a i maledicōez in
vniuersis locis ad q̃s cieti eos a
mittā i eis gladiū et famē a pestē
donec consumant de terra quā dedi
eis a pūb⁹ eoz. **¶ Ca. xlv.**

A Verbū qd factū ē ad iheremi
az de oi p̃plo iude in anno q̃
to iōakim filij ioseph regis iuda ip
se est annus primus nabuchodo
nosor regis babilonis Et locutus
est iheremias p̃pheta ad omne po
pulū iuda a ad vniuersos habita
tores iherusalē dicēs. A tertio deci
mo anno ioseph filij āmon regis iu
da vsq̃ ad diē hāc iste ē tertius
a viceſimus annus: factū est vbum
dñi ad me a locutus sū ad vos de
nocte surgēs a loquēs a nō au
distis. Et misit dñs ad vos omēs
suos suos p̃phetas surgēs dilu
culo mittēs q̃ a nō audistis: neq̃
indinastis aures ṽras ut audire
tis cū diceret. Reuertimī vnusquisq̃
a via sua mala et a pessimis cogi
tacōib⁹ ṽris a habitabitis i terra
quā dedit dñs vob⁹ a p̃rib⁹ ṽris a
seculo a vsq̃ i seculū. Et nolite ire
p⁹ deos alienos ut seruiatis eis ado
retisq̃ eos: neq̃ me ad iracūdiā
prouocetis in opibus manū ṽ
strarū a nō affligā vos. Et nō au
distis me dicit dñs ut me ad ira
cūdiā p̃uocetis i opib⁹ manū
ṽrarū in malū ṽm. Proptēa hec
dicit dñs exercitū. Pro eo q̃ nō
audistis ṽba mea: ecce ego mittā
a assumā vniuersas cognacōes aq̃
lonis ait dñs a nabuchodonosor
regē babilonis suū meū a addu
cā eos sup terrā istā a sup habi
tatores ei⁹ et sup omēs nacōes q̃
in circuitu eius sūt a infestiam eos
a ponā eos in stuporē a in sibiū a
in solitudines sep̃iēnas. Perda
z q̃ ex eis vocē gaudiij a vocē leti
tie. vocē sp̃sū a vocē sp̃se. vocē mo
le a vocē lucē. Et erit vniuersa terra

eius in solitudine et in stupore et
seruiet omnes gentes iste regi babi
lonis septuaginta annis. **C**um im
pleti fuerint anni septuaginta visi
tatio super regem babilonis et super ge
tem illam dicit dominus iniquitatem eorum et super
terram caldeo et ponam illam in soli
tudines sempiternas. **E**t adducam
super terram illam omnia verba mea que locu
tus sum contra eam. omne quod scriptum est
in libro isto quicunque prophetavit iere
mias aduersum omnes gentes. quod ser
uierunt eis cum essent gentes multe et
reges magni. **E**t reddam eis secundum
opera eorum et secundum facta manuum sua
rum. **Q**uia sic dicit dominus exercituum deus
israel. **S**ume calicem vini furoris huius
de manu mea et propinabis de illo cum
cunctis gentibus ad quas ego mittam te et
bibet et turbabuntur et insaniet a
facie gladii quem ego mittam inter
eos. **E**t accepi calicem de manu domini
et propinavi cunctis gentibus ad quas mi
sit me dominus in iherusalem et civitatibus in
de et regibus eius et principibus eius
ut daret eos in solitudine et in stu
pore et in sibilu et in maledictione
sicut est dies ista. et pharaoni re
gi egypti et seruis eius et principibus
eius et omni populo eius et universis
gentibus cunctis regibus terre ausiti
dis et cunctis regibus terre phili
stini et ascalonis et gaze et accoro
nia et reliquis azoti. ydumea et moab
et filijs ammon et cunctis regibus
tyri et universis regibus sydonis et re
gibus terre insularum que sunt trans ma
re et dedan et theman et bui et uniu
ersis qui attonsi sunt in comam et cunctis
regibus arabie et cunctis regibus occi
dentis. qui habitant in deserto et cun
ctis regibus zambri et cunctis regi

bus elam et cunctis regibus medorum
cunctisque regibus aglomis deprope
et de longe. unicuique contra fratrem suum
et omnes regnis terre que super faciem
eius sunt. **E**t rex sesach bibet post eos
Et dices ad eos. **H**ec dicit dominus ex
ercituum deus israel. **B**ibite et inebria
mini et vomite et cadite. neque fur
gatis a facie gladii quem ego mit
tam inter vos. **C**um noverint acci
pe calicem de manu tua ut bibat di
ces ad eos. **H**ec dicit dominus exerci
tuum. **B**ibentes bibetis. **Q**uia ecce in
civitate in qua invocatum est nomen
meum ego incipio affligere et vos qui
innocentes et immunes eritis. **N**on
eritis immunes. **G**ladium enim ego
voco super omnes habitatores terre
dicit dominus exercituum. **E**t tu prophe
ta ad eos omnia verba hec et dices ad il
los. **D**ominus de excelso rugiet et de hi
taculo sacro suo dabit vocem suam
Rugies rugiet super decorem suum. **C**e
leuma quasi calcantium concinet a diffusis
omnes habitatores terre. **P**erueit soni
tus usque ad extrema terre. quia in di
tium domino cum gentibus. **I**udicet ipse
cum omni carne. **I**mpios tradidi gla
dio dicit dominus. **H**ec dicit dominus exer
citus. **E**cce afflictio egredietur de ge
te in gentem et turbo magnam egredi
etur de summitatibus terre et erunt in
terfrecti domino in die illa a fumo terre
usque ad fumum eius. **N**on plangent
et non colligentur neque sepelientur in
sterquilino super faciem terre iacebunt.
Vulgate pastores et damate et as
pergite vos cinere optimates gre
gis. quia impleti sunt dies vestri ut in
terficiamini et dissipabuntur vestre
et cadetis quasi vasa pretiosa. **E**t peri
bit fuga a pastoribus et saluatio

ab optimatibus gregis **V**ox da
monis pastor et ululat⁹ optima
tum gregis. q^{ia} vastauit dñs pal
cia eoz et oticue^{nt} arua pacis a
fatie ire furoris dñi. Dereliquit qñ
leo umbraculū suū. facta est terra
eoz in desolacōem a fatie ire colū
te et a fatie ire furoris domini.

In principio regni ioa **Ca. xvi.**
kim filie iosie regis iuda factū est
verbū istud a dño dicēs. **Hec** dic
dñs. Sta in atrio domus dñi a lo
queis ad omēs ciuitates iuda de
quib⁹ veniunt ut adorēt in domo
dñi vniūsos fmones qñs ego mā
davi tibi ut loquaris ad eos. **No**
li sūtrahere vbu si forte audiāt
ouertāt vnusquisq³ avia sua ma
la et peniteat me mali qđ cogito
facere eis ppter malitiā studi⁹
eoz. **Et** dices ad eos. **Hec** dicit do
minus. Si nō audieitis me ut am
buletis in lege mea quā dedi vob⁹
ut audiat⁹ fmonē suoz meoz
p^{ph}harū quos ego misi ad vos de
nocte cōfurgēs a dirigēs a nō au
distis: dabo domū istaz sicut splo
et vitē hāc dabo in maledictōem
cūdis gētib⁹ terre. **Et** audierūt sac
dotes a p^{ph}ete a oīs populus ihe
remiā loquētes vba hec in domo
dñi. Cūq³ cōpleisset iheremias lo
quens oīa que p^{re}cep at ei dñs ut
loq^{re}t ad vniūsu p^{ph}lm: apprehēde
rūt eū sacerdotes et p^{ph}ete a oīs po
pulus dicēs. **Morte** moriā⁹. Qua
re p^{ph}etavit i noīe dñi dicēs sicut
splo erit domus hec a vrb⁹ ista de
solabit⁹ eoq³ nō sit habitator. **Et**
cōgregatus ē oīs populus aduer
sus iheremiā in domo dñi. **Et** audī
erūt pñcipes iuda vba hec a ascē

derūt de domo regis in domū dñi a
sederūt in introitu porte domus do
mini noue. **Et** locuti sūt sacerdotes a
p^{ph}ete ad pñcipes a ad oēs popu
lū dicēs. **Iudiciū** mortis est viro
huic. q^{ia} p^{ph}etavit aduersū ciuita
tē istā sicut audistis aurib⁹ vris.
Et ait iheremias ad oēs pñcipes
a ad vniūsu populū dicēs. **Dñs**
misi me ut p^{ph}etare⁹ ad domum
istaz a ad citatē hāc omnia vba
que audistis. **Nūc** g^o bonas facite
vias vras a studia vestra a audi
te vocē domini dei vestri a ptebit
dñm mali qđ locutus est adūsū
vos. **Ego** aut ecce in manib⁹ vris
sū: facite mihi qđ bonū et rectū est
in oculis vestris. **Verūtamē** scito
te a cognoscite si occideritis me sā
guinē innocentem tradetis cōtra
volūntē ipsos a cōtra ciuitatē istaz
a habitatores ei⁹. **In** veritate enī
misi me dñs ad vos ut loquerer
in aurib⁹ vestris omnia vba hec.
Et dixerūt pñcipes a oīs populus
ad sacerdotes a ad p^{ph}etas. **Non**
est viro huic iudiciū mortis. q^{ia} in
noīe dñi dei nūi locutus ē ad nos.
Surrexerūt ergo viri de seniorib⁹
terre a dixerūt ad oēm cetū popu
lū loquentes. **Micheas** de mora
st⁹him fuit p^{ph}eta i dieb⁹ ezechie
regis iuda a ait ad oēm populu
iude dicēs. **Hec** dic dominus exer
citiū. **Spon** quasi ager arabitur
a iherlm in aceriū lapidum erit a
mons domus in ex⁹lsa siluarum.
Nūqđ morte cōdenauit eū ezechi
as rex iuda a oīs iuda. **Nūquid**
non timuerūt dominū a deprecati
sūt fatiem dñi a permittit dñm ma
li qđ locutus fueat aduersū eos.

Itaq; nō faciam⁹ malū grāde cō
tra aīas nrās. **F**uitq; vir pphetās
in noīe dñi vrias fili⁹ semei de ca
riathiarim et pphetavit adūsus
ciuitatē istā adūsus terrā hanc
in⁹ oīa verba ieremie. **E**t audiuit
rex ioakim a omīs potētes a pñci
pes ei⁹ vba hec a q̄siuit rex interfi
cere eū. **E**t audiuit vrias a timuit
fugitq; a ingressus est egiptū. **E**t
misit rex ioakim viros in egiptū
helmath an filiū achobor a viros
cū eo in egiptū. **E**t eduxerūt vriā
de egipto a adduxerūt eū ad regē
ioakim a percussit eū gladio a pie
cit cadauer ei⁹ in sepulchris vul
gi ignobil. **I**g; man⁹ aichā filij
saphan fuit cū ieremia ut nō tra
deret in man⁹ ppliā inficeret eū.
Pncipio regni ioa. **C**a. xxvij.
kim filij iosie regis iuda fact⁹ ē
verbū istud ad ieremiā a dñō di
cens. **H**ec dicit dñs ad me. **F**ac ti
bi vīcula a catenas a pones eos
in collo tuo a mittēs eas ad regē
edom a ad regē moab a ad regē
filioꝝ ammon a ad regem tyri a
ad regē sydonis in manu nūtiōꝝ
qui veniūt iherusalē ad sedechiā
regē iuda a p̄cipies eis ut ad do
minos suos loquātur. **H**ec dicit
dñs exercitū de⁹ isrl. **H**ec dicetis
ad dños vros. **E**go feci terram a
hōiez et iumēta q̄ sūt sup fatiē ter
re in fortitudine mea magna a in
brachio meo extēto a dedi eā ei q̄
placuit in ocul meis. **E**t nūc itaq;
ego dedi oēs terras istas in māu
nabuchodonosor regis babilōis
serui mei in sup a bestias agri de
di ei ut seruiāt illi et seruiēt ei oēs
gētes a filio ei⁹ a filio filij eius do

nec veniat tēpus terre ei⁹ a ipi⁹.
Et seruiēt ei gētes multe et reges
magm. gens aut et regnū qd nō
seruiēt nabuchodonosor regi ba
bilōis a quecūq; nō curauerit
collū suū sū ingo regis babilōis
in gladio a in fame a in peste visi
tato sup gentē illā ait dñs donec
cōsumā eos in manu ei⁹. **V**os er
go nolite audire pphetas vros a
diuinos a sōmatores a augures
a maleficos q̄ dicūt vobis nō ser
uietis regi babilōis. q̄ mēdatiū
pphetāt vob ut lōge fatiāt vos de
terra vā a citiāt vos et pereatis.
Porro gens q̄ subiecerit ceruicē
suā sub ingo regis babilōis a ser
uierit ei dimittā eā in terra sua di
cit dñs a colet eā a hītabit in ea.
Et ad sedechiā egē iuda locut⁹ sū
scdm oīa vba hec dicens. **S**ubicite
colla vā sū ingo regis babilōis
a seruite ei a populo ei⁹ a viuetis.
Quare moriemī tu a popul⁹ tuus
gladio fame a peste. sicut locut⁹
est dñs ad gentē q̄ seruire nohū
rit regi babilōis. **N**olite audire
vba pphay dicentiū vob. nō fue
tis regi babilōis. q̄ mēdatiū ipi
loquūtur vob. **Q**uia nō misi eos
ait dñs et ipi pphetāt i noīe meo
mēdaciter ut citiāt vos a pereatis
tā vos q̄ pphē q̄ vaticinātur vo
bis. **E**t ad sacerdotes a ad populū
istū locut⁹ sū dicens. **H**ec dicit dñs
Nolite audire vba pphay vior
qui pphetāt vobis dicētes ecce va
sa dñi reuertētur de babilōe nūc
cito. **M**endatiū em pphetāt vob.
Nolite ergo audire eos s̄ seruite
regi babilōis ut viuatis. **Q**uā
dāt hec ciuitas in solitudine. **E**t

si prophete sunt et est verbum domini
in eis occurrat domino exercituum
ut non veniant vasa que derelicta
fuerant in domo domini et in domo
regis iuda et in iherusalem in babilone
Quia hec dicit dominus exer
cituus ad columnas et ad mae et ad
bases et ad reliqua vasorum que
manserunt in ciuitate hac que non
tulit nabuchodonosor rex babilo
nis cum transferret iechoniam filium io
akim regem iuda de iherusalem in
babilone et omnes optimates iu
da et iherusalem Quia hec dicit dominus
exercituum deus israel ad vasa que
derelicta sunt in domo domini et in domo
regis iuda et iherusalem. In babilone
transferent et ibi erunt usque ad dies
visitationis sue dicit dominus. Et
asserui fatiam eam et restitui in loco isto
Et factum est in **Ca. xxviii.**
anno illo in principio regni
sedechie regis iuda in anno quar
to in mense quinto: dixit ad me ana
mias filius azur propheta de gabaon
in domo domini coram sacerdotibus et
omni populo dicens. Hec dicit do
minus exercituum deus israel. Con
trui iugum regis babilonis. Adhuc
duo anni diebus et ego referri fatiam
ad locum istum omnia vasa domini
que tulit nabuchodonosor rex ba
bilonis de loco isto et transtulit ea
in babilone. Et iechoniam filium ioa
kim regem iuda et omne transmi
grationem iude qui ingressi sunt in
babilone ego conuertam ad locum
istum ait dominus. Contra enim iu
gum regis babilonis. Et dixit ihere
mias propheta ad ananiam prophetam
in oculis sacerdotum et in oculis omnis
populi qui stabat in domo domini et ait ihe

remias propheta. Amen. Sic fatiat do
minus. Suscitet dominus verba tua que
prophetasti ut referatur vasa in do
mum domini et omnis transmigrationem
de babilone ad locum istum. Verum
tamen audi verbum hoc quod ego loquor
in auribus tuis et in auribus vni
uersi populi. Prophete qui fuerunt ante
me et te ab initio et prophetauerunt su
per terras multas et super regna de
prelio et de afflictione et de fame:
propheta qui vaticinatus est pacem
cum venerit verbum eius: sciet pro phe
ta quem misit dominus in veritate.
Et tulit ananias propheta cathenas
de collo iheremie prophete et obregit
eam. Et ait ananias in conspectu omnis
populi dicens. Hec dicit dominus. Sic
confringam iugum nabuchodonosor
regis babilonis post duos annos
diebus de collo omnium gentium. Et
abijt iheremias propheta in viam suam
Et factum est verbum domini ad iheremi
am postquam obregit ananias pro phe
ta cathenam de collo iheremie pro phe
te dicens. Vade et dices ananie.
Hec dicit dominus. Cathenas lig
neas contriui et facies per eas cathe
nas ferreas. quia hec dicit dominus exer
cituus deus israel. Iugum ferreum posui
super collum ciuitatum gentium istarum ut
seruiant nabuchodonosor regi ba
bilonis et seruiet ei in super et testi
as terre dedi ei. Et dixit iheremias
propheta ad ananiam prophetam. Audi
ananiam. Non misit te dominus et tu con
fidere fecisti populum istum in me dia
tio. Idcirco hec dicit dominus. Ecce ego
mittam te a facie fre. Hoc anno mori
eris. Adversum enim dominum locutus es. Et
mortuus est ananias propheta in anno
illo mense septimo. **Ca. xxix.**

Et hec sūt vba libri quez mi
sit ieremias de iherlm ad re
liquias semioꝝ trāsmigracōis et
ad sacerdotes ⁊ ad pphas ⁊ ad
oēm populū quē traduxerat na
buchodonosor de iherusalē in ba
biloneꝝ postq̃ egressus est ierho
mias rex ⁊ dñi ⁊ eunuchi et pñci
pes iuda ⁊ iherusalē ⁊ fater ⁊ in
dufor de iherlm in māu elasa filij
saphan et gamalie filij helchie
quos misit sedechias rex iuda ad
nabuchodonosor regē babilōis i
babiloneꝝ dicēs. **H**ec dicit dñs ex
ercitiū deꝝ isrl̃ oī trāsmigracōi
quā trāstuli de iherlm i babilonē
Edicite domos ⁊ habitate ⁊ plā
tate ortos ⁊ comedite fructū eoꝝ
Accipite vxores ⁊ gnate filios et
filias ⁊ date filiis vris vxores et
filias vras viris date ⁊ pariāt fi
lios ⁊ filias et multiplicabimini
ibi et nolite ēē pauci nūo et q̃rite
pacē ciuitatis ad quā trāsmigra
re vos feci ⁊ orate p ea ad dñm.
q̃ in pace illiꝝ sit par vobis. **H**ec
dicit dñs exercitiū deus isrl̃. **N**ō
vos seducant pphē vri qui sūt in
medio vrm ⁊ diuini vri ⁊ ne attē
datis ad sōnia ṽra que vos som
natis. q̃ falso ip̃si pphetāt vobis
in noīe meo et nō misi eos dicit dñs
min⁹. **Q**uia hec dicit dñs **C**ū cepe
runt impleri i babilōe septuagin
ta aī visitabo vos ⁊ suscitabo sup
vos verbū meū bonū ut reducaꝝ
vos ad locū istū. **E**go em̃ scio co
gitacōes q̃s cogito sup vos ait dñs
min⁹. cogitacōes pacis ⁊ nō affli
ctōis ut deꝝ vobis finē ⁊ paciā
⁊ iuocabitis me ⁊ viuetis et ora
bitis me ⁊ ego exaudiaꝝ vos. q̃re

tis me ⁊ inueietis. **C**ū quesieritis
me in toto corde ṽro inueniat a
vobis ait dñs. **E**t reducaꝝ captiua
tē ṽrā ⁊ congregabo vos de vniuer
sis gētibꝝ ⁊ de cūctis locis ad que
expuli vos dicit dñs. **E**t reuertī vos
fatiā de loco ad quē trāsmigrare
vos feci. quia dixistis. **S**uscitauit
nob dñs pphas i babilōe. **Q**uia
hec dicit dñs ad regē qui sedet su
per solū dauid ⁊ ad oēꝝ populū
hītorē vrbis hꝝ. ad fr̃es ṽros
qui nō sūt egressi vobiscū in trā
smigracōneꝝ. **H**ec dicit domin⁹ ex
ercitiū. **E**cce mittā in eos gladiū
⁊ famē ⁊ pestē ⁊ ponā eos q̃si fic⁹
malas q̃ comedi nō pūt eoꝝ pel
sime sint et psequar eos i gladio
⁊ in fame et in pestilētia. **E**t dabo
eos in vxacōeꝝ vniuerfis regnis
terre in maledicōeꝝ ⁊ in stuporeꝝ
⁊ in sibiluꝝ ⁊ in obprobriū cūctis
gētibꝝ ad q̃s ego eieci eos eoꝝ
nō audierint ṽba mea dicit dñs
que misi ad eos p suos meos p
phetas de nocte ⁊ surgēs ⁊ mittēs
⁊ nō audistis dicit dñs. **V**os er
go audite ṽbū dñi om̃is trāsmig
tio quā emisi de iherusalē in babi
lonē. **H**ec dicit dñs exercitiū deus
isrl̃ ad ahab filiū chulie ⁊ ad se
dechīā filiū maasie qui pphetant
vob i noīe meo mēdaci. **E**cce ego
tradā eos i man⁹ nabuchodonosor
regis babilōis et pcutiet eos
in oculis vris. **E**t assumet ex eis
maledicō oī trāsmigracōi inde
que ē in babilōe dicētū. **P**onat
te dñs sicut sedechīā ⁊ sicut ahab
q̃s finxit rex babilonis in igne p
eoꝝ fecerint stulticiā in isrl̃ ⁊ me
chati sūt in vxores amicoꝝ suoꝝ

et locuti sunt vbi in nomine meo men-
 daciter quod non mandavi eis. Ego sum
 iudex et testis dicit dominus. Et ad se-
 meiam neclamitem dices. Nec dicit
 dominus exercituum deus israel. Pro eo quod
 misisti in nomine meo libros ad omnem
 populum qui est in iherusalem et ad sopho-
 miam filium maasie sacerdotem et ad uni-
 versos sacerdotes dices. Dominus debet
 te sacerdotem per ioiade sacerdotem ut sis
 dux in domo domini super omnem virum az-
 repticiu et prophetante ut mittas eum
 in neruum et in carcerem. Et nunc qua-
 re non increpasti iheremiam anatho-
 titem qui prophetat vobis. Quia super hoc
 misit in babilonem ad nos dicens.
 Longum est edificare domos et hira-
 re et plantare ortos et comedite fru-
 ctus eorum. Legit ergo sophomias sac-
 dos librum istum in auribus iheremie
 prophete. Et factum est verbum domini ad ihe-
 remiam dicens. Mitte ad omnes transi-
 gratum dices. Nec dicit dominus ad
 semeiam neclamitem. Pro eo quod pro-
 phetauit vobis semeias et ego non misi
 eum et fecit vos confidere in mendacio
 idcirco hec dicit dominus. Ecce ego visi-
 tabo super semeiam neclamitem et super
 seminem eius. Non est ei vir sedens in me-
 dio populi huius et non videbit bonum
 quod ego faciam populo meo ait dominus. quia
 prevaricationem locutus est adversus dominum.

Hec verbum quod factum est. **Ca. xxx.**
 Est ad iheremiam a domino dices.
 Nec dicit dominus deus israel dices. Scri-
 be tibi omnia verba que locutus sum ad te
 in libro. Ecce enim dies veniunt dicit
 dominus et omnia conversionem populi mei is-
 rael et iuda ait dominus et convertam
 eos ad terram quam dedi patribus eo-
 rum et possidebunt eam. Et hec verba
 que locutus est dominus ad israhel

et iuda quoniam hec dicit dominus.
 Vocem terroris audiimus: for-
 mido et non est par. Interrogate
 et videte si generat masculis. Qua-
 re ergo vidi omnis viri manus su-
 pra lumbum suum quasi parturiens.
 Et conversi sunt universi faci-
 es in auriginem. Ve quia magna di-
 es illa nec est similis eius: tempusque
 tribulationis est iacob et ex ipso sal-
 uabitur. Et erit in die illa ait dominus
 exercituum omnia iugum eius de collo
 tuo et vincula eius dirumpantur. Et non
 dominabunt ei amplius alieni. Sed
 servient domino deo suo et david regi
 suo quem suscitabo eis. Tu ergo ne
 timeas servare me iacob ait dominus.
 neque paueas israel. quia ecce ego sal-
 uabo te de terra longinqua et seme-
 tuum de terra captivitatis eorum. Et
 reverteret iacob et quiesceret et cunctis
 affluet bonis et non erit quem formi-
 det. quoniam tecum ego sum ait dominus
 ut saluem te. Fatia enim consumatio
 ne in cunctis gentibus in quibus disp-
 si te. te autem non faciam in consumationem
 sed castigabo te in iudicio ut non ti-
 bi videaris innoxius. quia hec dicit do-
 minus. Insanabilis fractura tua
 pessima plaga tua. Non est qui iudi-
 cet iudicium tuum ad alligandas cura-
 tionem tuam utilitas non est tibi. Omnes
 amatores tui obliti sunt tui teque non
